



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Sacrorvm Ritvvm Et Caeremoniarvm

Vinitor, Gerlacus

Coloniae Agrippinae, 1656

XXVII. De commemoratione omnium fidelium Defunctorum ibidem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9459

TITVLVS XXVI.

De Dominicis per annum.

1. **D**E Dominicis per annum, nihil aliud notandum occurrit, nisi quod post Pentecosten vsque ad Aduentum quando celebratur feria, Altaris ornamenta, ac Celebrantium paramenta erunt viridis coloris, exceptis Dominicis infra aliquam octauam occurrentibus, nam tunc color erit conformis Sancto, cuius octaua celebratur.

2. Item, quod illa dicatur cuiusque mensis prima Dominica, quæ incipit in Calendis, vel est proximior Calendis illius mensis, ita ut si Calendæ fuerint secunda, tertia, vel quarta feria, illa censeatur prima mensis Dominica, quæ præcedit illas Calendas, si autem Calendæ fuerint quinta, sexta, vel Sabbatho, prima Dominica mensis erit illa, quæ sequitur ipsas Calendas, & in ea liber scripturæ, qui ponitur in prima hebdomada, inchoari debet, ita, ut in præcedenti Sabbatho ponatur Antiphona ad *Magnificat* illius historię, quæ in prima mensis Dominica legi debet.

TITVLVS XXVII.

De commemoratione omnium Fidelium Defunctorum.

1. **I**N Festo omnium Sanctorum post secundas Vesperas dicitur officium Defunctorum in omnibus & per omnia uti supra titulo de officio Defunctorum annotatum est.

2. *Missæ.*

Tit. XXVI.

XVI.

um.

nil aliud no-
post Penteco-
celebratur de
brantium para-
otis Dominicis
ibus, nam tunc
as octava cele-
riusque mensis
Calendis, vel
us, ita ut si
el quarta feria
nica, quæ præ-
Calendæ sus-
prima Domi-
r ipsas Calen-
nitur in prima
t in præceden-
ad Magnificatæ
us Dominica.

2. Missæ omnes dicuntur pro omnibus fide-
libus. D. sanctis, neque fit iniuria ijs quibus quo-
tidiana fortè extat obligatio Missæ, cum hæc sit
intentio Ecclesiæ. Dicitur tamen vna Missa de
octava post Tertiam in Collegiatis Ecclesijs, &
Missa principalis post Nonam dicitur pro omni-
bus Defunctis à superiore Ecclesiæ.

3. Si habendus sit sermo, hac die, habeatur de
more finita Missa ante absolutionem.

4. Quia hodie fit absolutio sollemnis Defun-
ctorum & omnes fideles solent illuminare & vi-
sitare sepulchra fidelium, lugubris processio in-
stituta solet, finito ergo summo sacro, aut sermo-
ne, Chorus incipit Responsorium *Libera me Do-
mine, &c.* & si hoc non sufficiat, possint alia ex
nocturnis officij Defunctorum decantari, donec
processio completa fuerit. Celebrans per viam
processionis aspergit & thurificat sepulchra
mortuorum, elevante simbrias pluviæ à dex-
tris Diacono, Subdiacono autem deferente Cru-
cemiater duos Ceroferarios. Postea in Eccle-
sia Cantores subdunt de more *Kyrie eleyson* &
primus Chorus respondet *Christe eleyson* & secun-
dus *Kyrie eleyson* Celebrans subdet *Pater noster.*
Et ne nos inducas versus & orationem *Absolve*
in cuius fine Celebrans addit versum *Requiem æ-*
ternam, &c. Choro respondente *Et lux perpetua,*
deinde Cantores subdunt *Requiescant in pace.*

VII.

Fidelium

post secundas
functorum in
ulo de officio

2. Missæ

TITVLVS XXVIII.

De Festo Patroni & Dedicacionis Ecclesiæ.

1. **F**estum Patroni propriæ Ecclesiæ est festum Carem. Episc.
lib. 1. c. 12.
principale & sollemnissimum, ideo Ecclesia
debet elegantissimè ornari. supra fores Ecclesiæ

X 7

apponi